157

Innocentius IV. Legato S. Sedis Apicae ut. Eppum Pomesaniae Fri Uuarnero conferat.

Innocentius Eppus servus servorum Dei Vbli Fri Archieppo Prussiae Livoniae et Estoniae, Apicae Sedis Legato salutem et Apicam benedictionem.

Decet per Apicae sedis providentiam, ut qui laudabilis conversationis et vitae ac scientiae juvantur merito, Ecclesiarum regimini praeferantur, et tunc praecipue quando in personis hujusmodi honor illis impenditur, per quos Romanae decus Ecclesiae promovetur, cum itaque de dilecto Filio Fre Uuarnero Ordis Frum Praedicatorum evidentibus agnoscatur indiciis, quod amori virtutum libenter invigilat, et vitae studio religiose desudat, adhoc proposse solicitus ut sit in causa Dei et Ecclesiae fructuosus. Nos dignum arbitrantes et congruum ut ipsum propter hujusmodi merita et intuitu carissimi in Christo filii, nobilis hominis, illris Romani Regis, cui familiaris et carus esse dignoscitur, speciali prosequamur honore Fitti tuae praecipiendo mandamus, quatenus Frem eundem cessante cujusquam dilationis et difficultatis obstaculo, terrae Pomesaniae, nisi forte, tu ibi sedem velis habere propriam, vel terrae Uuarmiae, in qua Civitas, Elbingum nomine, fundata de novo dicitur contineri, infra sex menses post susceptionem praesentium praeficias in Eppum, et accersitis duobus vel tribus Eppis, ei munus consecrationis impendas, et facias sibi a subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi

hiberi, alioquin Vbli Fri nro Eppo Num-
burgensi per literas nras injungimus, ut ex
tunc ipse super hoc mandatum Apcum exe-
quatur Contradictores per censuram Ecclesiasti-
cam appellatione postposita compescendo Da-
tum Lugduni 2. Nonas Octobris Pfius nri
Anno 4.